

M. Iffrando balleis  
Ende.

Pax Christi.

Iffrando frater. postquam ad te scripsi de typographo qua scribere cupiebat nihil de tuis rebus est ad me perscriptum. Saepe succenseo huic meo Scholario Saxo quod dies noctesque me sic fatigat et conficit, ut ne in urbe quidem vicinos aut amicos visere et complexu atque alloquio paulisper frui possim. valde aliq- gestiam isthuc euolare ut contempler illos roetus dispersos in istis reliquijs quas narrant in ista quasi habi- cyonum modo summatim et confertim collectas esse. Aheu miseria quanta cum alacritate spiritibus, mea dul- etis concupit isthuc ibat visura fratres et sorores à Brabantia profugos! sic erat quidam exor- tus eius ingenium, ut fletet pro gaudio quodcumque aliquis peregrinus huc ad nos venisset in quo videret ali- quam significationem sinceræ pietatis. Sed hæc aliena sunt ab instituto. Mihi non vulgare prodigia- videtur quod doming in uno oppidulo in medijs fluctibus sito, tot prophetis tot prophetarum filijs hospitium, victumque et amictum inuenit. Quam sum miser inani ratiocinatione excoquo quæro. quæ ita mecum deputarem, ubi se illa prima fugientium examina emda collocassent, futurum haud dubie, ut in vicinas urbes atque adeo etiam in hanc nostram Bremam quædam bona semina redundar- rent. Ne multa quidem. Sic auersus equos nostra Sol iungit ab urbe. Sane hæc inuisa post fata isti- at, meliore fortuna dignam Bremam putat. Sed ista Dei iudicio relinquamus. Hoc mense quem ingres- si sumus in vicinam urbem Verdam. ad 22. diem (ut opinor) aut 23. concurrent duæ huius civitatis factiones, altera qua profugit, et altera qua in deserta subsellia tanquam in vacuum alvearium sese recepit. an ad arbitros, an ad iudices, non sat scio: magna spes tenet adversarios futurum ut ur- be, artis, foetisque potiantur. Nam usque adhuc lib- quasi de paxillo pendit. nunc nunc aut reges erant. Nisi iam terram viderem, non mediocriter sollicitus essem; Nam et horum defectio meretur aliquod magnum malum, et illorum reditus cum triumpho magna erit et Epicurum urbis Bremæ. Sed ego ut ceperam dicere, meis caris fratribus, quamlibet fortunam iuxta pati possim. Tantum de Doming gla- riam nomini suo et contumelias dorsa eorum qui præfractis animis eis regno pestem machinantur. Vos pij fratres qui habetis quotidiana exercitia verbi et inuocationis adiuvare nos obsecro vestra interressi- one. Ego sicut vestra auxilia anno superiore Duisburgi multis lacrymis Christo commendavi: ita nunc vestra dispersio nunquam obliuiscor. Ea nihil obstat Domino quo minus exerta manu sua de celo vos iterum colligat et omnes reducat. fiat. Vale cum optima coniuge. postidie Cal. Febr. 1. 5. 6. 8. Brema.

M. Iffrando balleis  
Ende.

Pax Christi.

Johannes Molang.

Dilecte frater en accipe per hunc quasunq in apocha scriptus puta duodecim daleros. quatuor Carolos & 2. stuf. Conveniet numerus ut opinor. par est ut etiam tibi gratias agam qui in tali periculo meos familiares non exclusisti. Gratulabatur pia memoria coniunx in literis quas isthinc ad me postremas dedit, tam commodum hospitium profugis adolescentibus nostris apud idoneum præceptorem inuentum esse. Itaque ago gratias, & mutuū officium si forte unquam res postulet promitto. In rebus asperis magnam experier parentum ingratitudinem. ex qua- dringentis vix centum hoc toto biennio quibus conficere. Perinde quasi aut mortuus aut nunquam natus essem: ita ne- que respiciunt bene meritum nec tollere curant. Sed valcant querela. Nam Dux est mea mercus ad quem res- piciunt cura et cogitationes nostra. Sæpe mecum stomachor & mihi succenset quod meorum rerum sedem hic posu- erim ubi nemo ex tanta dissipatione Ecclesiarum, nostratum nobis sese dignatur adiungere. quum isthic apud vos omnia feruiant ac diffusa sint. hic mora est solitudo, hic planè deserti sumus. Quam vellem eorum qui arripuit isthic habitant, aliquos in hanc urbem commigrasse, ubi si non haberent ea pietatis et verorum cultuum exercitia quibus florent Lombæ vestra collegia: possent tamen ex sua conscientia vitam hic agere quietam & pla- cidam cum pietate et honestate. Sed nescio quo fato huius urbis infelici et misere nemo huc voluit diuertere, nemo tanq contagia infertis voluit commorari. Cui quidem in re ipsorum integritatem non insector sed mecum ut dixi stomachor et meam vicem deplevo. Non possum stationem meam sine iussu Summi Imperatoris deser- re, sparten nactus sum huic ornanda me decet incumbere. Si liber essem, iam pridem isthuc ad profligatos pa- trias me transfuissem. quorum congressus et consuetudine nihil mihi queat esse dulcius. Nunc quantū fieri potest in Schola me exerceo ubi doctrina libertatem habeo & synone institutionis. Cuius missæ esse dicat quod ex tam speciosis congressibus quibus oppleta fuit patria, tam repente tam miserabilis dispersio facta sit! A Domino factum est istud, quod ego me confiteor non posse mente comprehendere. Sed hæc alias. nunc fructu his quæ debebantur et bene ac foeliciter vale. ad Calendas februarii. 1. 5. 6. 8. Brema.

Johannes Molang

172

97. N. 186)

[= Hæc. a. 12.]

N. 136]

N. 187)

[= Hæc. a. 12.]

N. 137]